



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Lex Quomodo interpretanda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

LEX QVOMODO
Interpretanda.

Lex gratio 46 ¶ Nter aliasiuris regulas circa sa amplia legum interpretationes, sole-
nalis pœ- nis est illa, quod gratus sunt amplianda, &
stringenda. Vnde in legibus pœ-
nalibus non fit extensio de casu in casum
non expressum propter paritatem ratio-
nis, imo nec si in hoc vigeat maius ra-
tio. Ita Portell. ad. ad. dub. Reg. u. lex. n. 13
& alii. Ex quo principio multi casus de-
cidendi sunt.

Et sic in
pœnalibus
non fit ex-
tentio, etia-
ubi maior
ratio mili-
tarum

Ex quo
multa in-
feres in
particula-
ri.

47 Et primò ante Bullam Gregorii
XV. non erat denunciandus Cœlestarius
solicitans confessionem puerum; quia
præcedentes Bullæ latè erant contra so-
licitantes feminas. Secundò Clericus
abutens feminas, aut bestialitatem com-
mitentes, non incurrit pœnas Pii V. con-
tra Cleticos sodomitias, quia non est pro-
prietas sodomita. Ita Barbola collect. tom. 2.
lib. 5. tit. 31. c. 4. n. 10. Tertiò femina se-
cularis nubens Religioso professo non
incurrit excommunicationem lacram in
Clem. un. de consangu. & affin. contra Mo-
niales professas nubentes, & illas in uxo-
res iacentes, & professos matrimonium
ineuntes. Ita Caetanus in sum. u. excom-
municatio. c. 47. Quartò docet Sanchez
sum. tom. 1. lib. 4. c. 4. n. 3. cogentes viros
Religionem ingredi: non incurtere ex-
communicationem Tridentini siff. 25. c.
2. cōtra cogentes feminas ingredi mo-
nasteria. Quintò Religiosus ministrans
Baptismum, vel Penitentiam sine licen-
tia Parochi, non incurrit pœnas Clem. 1.
de privilegijs lacras contra Religiosos mi-
nistrandis Eucharistiam, Matrimonium,
& Extremam Unctionem. Ita Glossa in
Clem. 1. deprivul. Sextò. Glossa in Clem. 1.
de decimis, asserit, constitutionem, qua
punitur Religiosus fraudans decimas
Ecclesiæ, non extendi ad Clericos se-
culares idem facientes. Septimò. excom-
municationem Gregorii XIII. contra
ingredientes in Monasteria Monialium
prætextulientiarum, non incurunt

ingredientes sine prætextulientiæ. Ita
Suarez de cens. disput. 12. sect. 6. num. 11. p. 1.
tratt. 10. resol. 10. & part. 2. trattat. 17. re-
solut. 66. Octavò, lex imponens pœnam
privationis vocis, intelligenda est tan-
cum de activa, quæ est propriè & pri-
ncipaliter vox; nam passiva non est vera
vox. Ita Palaus tom. 2. tratt. 13. disputat. 6.
punct. 6. num. 15. contra Leshum lib. 2. cap.
34. dub. 29. num. 105 part. 3. trattat. 13. re-
solut. 91. Nonò, cap. ad hac, de Iudeis, in
quo prohibetur Christianis famulari &
neutrire Iudeos, &c. non est extenden-
da ad Saracenos, & Paganos. Ita Hurta-
dus in 1. 2. disputat. 76. sect. 3. num. 81. con-
tra Suarez de fide disput. 18. sect. 6. num. 6.
part. 5. trattat. 13. resolut. 11 §. Notandum
est. Decimò, lex quæ interpretari po-
test de obligatione veniali, non est
extendenda ad mortalem, ut supra di-
ximus.

¶ 48 Peteshic, an in casu dubio detur
locus epicheiæ, seu exequitati? Negative
respondeo cum Sancio select. disput. 43. n.
8. Nam, q̄ym epicheia sit virtus, non
debet spoliare legem sua possessione
propter dubium: iniustum enim esset,
ius dubium præferti iuri cerro. Igitur
in dubiis consulendus est superior, an in
lege voluerit casum, de quo est dubium
comprehendere. Et si dubium est de
potestate superioris, pro illa iudican-
dum est, non contra illam. Hanc sen-
tentiam Palaus tom. 1. disputat. 3. punct. 1.
num. 4. docet etiam in casu vrgenti, iū
quo superior consuli non potest. Limi-
tata autem Suarez de leg. lib. 6. cap. 8. num. 12
pisi lex alicui legi graviori adversari du-
bitetur: nam tunc licet exequi gra-
viorem, altera omisla. Sed hæc limita-
cio displiceat Palao. Sylvester V. Papa
quesit. 6. diff. 2. & alii limitant, quando
non vrgit necessitas opstandi cum illo
dubio, vel quando dubium est complete
practicum: nam si dubium est speculati-
vum, & incomplete practicum, licet o-
perari cum illo, sicut quando dubito ra-
tionabiliter, an superior velit me obli-
gare, sequi possum partem minus turam
ad vitandum notabile incommodum.
Ita etiam Henriquez lib. 14. cap. 3. num. 3
glossa.

In dubiis
non datur
locus ep-
icheiæ.

gloss. litt. X. quos Doctores non solum de
formidine, sed etiam de dubio & quilibet
loqui, bene probat Palauus part. 3 tract. 4.
resolut. 22. & 23. Lex non censetur ir-
ritans, per hoc solum quod dicatur non
non posuit part. 10 tr. 12. ref. 7.

LEX RESERVATIONIS.

Legem reservantem casus non se
extendi ad peccata commissa, &
non confessa ante reservationem cen-
suit Pasqualig in *ques. 1 can. 2 con. 2. quæst.*
166. n. 2. Quod probatur, ex ipso, à par-
itate aliatum legum. Lex enim de novo
aliquid disponens non respicit præteri-
ta, sed futura, & idē, qui non habent
causam novam, sed antiquam, non iudi-
candi sunt secundum legem novam, sed
secundum antiquam. Ac proinde Rota
decis. 818. num. 2 pars. 3 dixerit legem
subsequentem non se extendere ad præ-
sentia, quæ sunt connexæ cum præteri-
ta. Ergo neque reservatio extenditur
ad absolutionem à solo peccato, quia
quamvis absolutione sit præfens, respicit
peccata præterita, tunc à reservatione
libera. Contraria sententia est com-
muni Doctorum, & conformis praxi
confessoriorum. Tenentem Floro-
nus, Vgolius, Naldus, & Bordonus à
me citari, part. 9. tractat. 8 resolut. 70. Ra-
tio est, quia quamuis reservatio non
impedit peccata iam commissa, quia
jam sunt commissa, poterit detergere ab
eis iterum committendis per correptionem,
& pœnitentiam à superiori impo-
wendam, qui fuit flos intentus à Tri-
deœ. *fest. 14. cap. 7.* Neque in omnibus
hæc lex reservationis æquiparatur cæ-
teris: nam quamuis ignoretur peccatum
esse reservatum, dum committitur,
postea notitia habita, subiacet re-
servationi, quoad absolu-
tio. *acm. part. 10. tract. 15.*
resolut. 39.

LEX ANNULANS ACTVM.

Non semper lex prohibens actū,
annulat illum. Probatur, quia
prohibitio actus, & annulatio illius sūt
diversi esse actus legis non necessariō cō-
nexi. Probatur exemplis: Ex re natura,
quivout Deo castitatem, prohibetur
matrimonium initre, & tamen si votum
est simplex, matrimonium initum te-
ner. Ulterius, actum irritari est grava-
men, ergo clarè debet apposi. Docto-
res pro hac sententia sunt usque ad sa-
rietatem. Non facile assignatur regula
ad dignoscendum actum esse irritum,
quando exp̄s in lege non dicitur.
Vide Vasquez in 1. 2. D. Thom. tom. 2. *dis-
putat. 16. cap. 3.* & Suarez, lib. 5. de legibus
cap. 47. Alii hoc cognoscunt ex consue-
tudine, & ex communī illius intelligentia ita legem explicante. Ita Præpositus
in part. 2. D. Thom. *quest. 95. disputat. 3.*
num. 53. Qui etiam docet actum non
irritari, quando lex prohibens apposuit
aliā pœnā, eo quod legislator videa-
tur contentus illa pœna, quin insuper ir-
ritatio addatur p. 10 tr. 12. ref 6.

LOCARE.

F. Iocare est, rem alteri sumpto *Quid lo-*
recio concedere utendam. *care*
Et, qui dato pretio rem alienam vtea-
dam recipit, dicitur conductor. qui v-
tendam dat, locator. Circulocationem
paucā diceada sunt. **F.**

2. Et primus, Navarrus *Manual. cap. 17.* *An licet*
numero 195 putavit, non esse licitem lo-
care domum meretrici absque iusta ali-
qua & virginica causa: quia hoc est mi-
nistriate materiam ad abusum contra ca-
stitatem. Limitat hoc Mendoza in 1. 2.
disputat. 173. sect. 30. §. 394. in casu, quo
domus alteri locari potest: nam unus
quisque tenetur vitare actus turpes suæ
domi exercendos, quoties absque ia-
com.